HOMILIARIUM
11. Jh. Seite 40r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



teo positus ē. xp̄c aūt natus. inpresepio ē breuissimo collocatus.
Ille forsitan p̄ciosis inuolutis ē sericis. iste uilissimis inuolu
tus pannis. et tamen ille natus inpalatio contempnitur. iste
natus induiersorio. queritur. Ille amagis nullatenus nomina
tur. iste inuentus supplicit̄ adoratur. Omnino spernitur pri
mogenitus regis. et muneribus honoratur primogenitus
paupcule mulieris. Quis ē rex iste iudeq̄. paup. et diues. hu
milis et sublimis. Quis ē rex iudeq̄. qui portatur ut paruulus.
adoratur ut ds̄. Paruulus inp̄sepio. inmensus incelo. Uilis in
pannis. preciosus instellis. Cuius natiuitate compta herodes
turbatus ē. et om̄is hierosolima cū illo. Quid ē qd̄ sic turbaris
herodes. quō natū regē iudeq̄ audisti. turbaris. suspicioni
bus agitaris. inuidie stimulis inflammaris. et ob hoc regē
natū occidere conaris. Inanis ē ista turbatio tua. et uana
prsus ē cogitatio tua. Rex iste qui natus ē non uenit reges
pugnando supare. sed moriendo mirabilit̄ subiugare. Nec
ideo natus ē ut tibi succedat. sed ut in eū mundus fidelit̄
credat. Uenit eñi ut non pugnet uiuus. sed ut triumphet
occisus. nec ut sibi de aliis gentibus auro exercitū querat.
sed ut p saluandis gentibus. p̄ciosum sanguinē fundat. Inani
ter inuidendo timuisti successorē quē credendo debuisti
querere saluatorē. quia si in eū crederes. cū eo regnares. Et
sic ab illo accepisti temp̄ale regnū. acciperes etiā sempiter
nū. Huius eñi pueri regnū non ē de hoc mundo. sed p ip
sū regnatur inmundo. Ipse ē eñi sapientia dī. que dicit
inpuerbus. Per me reges regnant. Puer iste uerbū dī est.
puer iste uirtus. et sapientia dī est. Si potes contra dī sapi